



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Decano Panormitano Palernensi, quem Rex Arcturus inuitauit ad
montem Gyber, cap. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

LIBER DVO DECIMVS.

statu predicti Brunonis, acceperunt ab eis, quod mortuus esset; de tempore autem sciscitantes, diem eundem inuenierunt, quo vocem predictam in Vulcano audierunt. Conradus vero non multo post factus est monachus in Bergis.

C A P V T X

Idem Bruno nominis sui filium reliquit, quem pleniū suis vitijs quam possessionibus hereditauit: erat enim, sicut & pater, avarus valde, pauperum exactor, & supra modum luxuriosus. Ipse est Bruno de Flittere, pincerna comitis de Monte; vix tres menses elapsi sunt quod mortuus est. In cuius obitu obsessa quædam a dæmone liberata, cum die quinta de novo vexaretur, dixerunt quidam ad diabolum: Dic nobis ubi fuisti, vel quare reuersus es? Respondit ille: Verè maximum postea habuimus festum, ad obitum Brunonis congregati fuimus ad instar pulueris terre, cuius animam cum gudio deducentes ad inferos, locauimus eam in sede debita, poculum infernale ei propinantes.

C A P V T XI.

Eodem tempore mortuus est in eadem prouincia alias miles Euerhardus nomine, & ipse vir criminosis sicut superior. Media nocte diabolus corpus erigens in feretro, cunctis qui aderant terrorem incussit, timens amici eius ludificationem dæmonum, corpus ligantes, ante Missam illud se pelierunt.

C A P V T XII.

Eodem tempore, quo Henricus Imperator sub. *De morte* iugavit sibi Siciliam, in ecclesia * Palernensi Giber. *Giber.* quidam erat Decanus, natione, ut puto, Teuthonicus: hic cum die quadam suum, qui optimus erat, perdidisset palefredum, seruum suum ad diuersa loca misit ad inuestigandum illum: cui homo senex occurrens, ait; Quo vadis, aut quid queris? Dicente illo; Equum domini mei quero: subiunxit homo: Ego nesciui ubi sit. Et ubi est, inquit; Respedit, In monte Giber; ibi eum habet dominus meu rex Arcturus: Idem mons

Y y 2 flam.

708 DE POEN. ET GLOR. MORI
flamas euomit sicut Vulcanus. Stupente seruo adver-
ba illius, subiuinxit; Dic domino tuo, vt ad dies qua-
tuordecim illuc veniat, ad curiam eius solennē; quod
si dicere omiseris, grauiter punieris. Reuersus seruus,
quę audiuuit domino suo exposuit, cum timore tamen.
Decanus ad curiam Arcturi se in uitatū audiens, & ir-
ridens, infirmatus, die præfixo mortuus est. Hæc Go-
deschalcus canonicus Bonnensis nobis retulit, dices
se eodem tempore ibidem fuisse. APOLLONIUS: Mirab-
ilia sunt quæ recitas. CÆSARIUS: aliqua tibi adhuc
de eodem monte dicturus sum.

CAPUT XIII.

Circa hoc triennium, homines quidam ambulā-
tes iuxta eundem montem Gyber, vocem vali-
dam in hæc verba audierunt; Præparate focum.
Modico autem facto interuallo, idem clamatum est;
cumque tertio clamaret, præpara focum magnum, re-
spondit nescio quis; Cui præparabo? Et ille; Dilectus
amicus noster hic venit, dux Zeringiæ, qui plurimum
nobis seruuit. Illi notantes diem & horam, per lite-
ras audita regi Frederico mandauerunt, interrogan-
tes, si aliquis in eius imperio mortuus fuisset dux Ze-
ringiæ: & compertum est, eadem die & hora, Bertol-
phum ducem Zeringiæ fuisse defunctum. Erat autem
idem dux tyranus, immanis, tam nobilium quam
ignobilium exhæreditator, & fidei Catholicae deser-
tor. Qui cùm non haberet prolē, instigante vitio au-
ritiæ, plurimā congregauerat pecuniam: Cùm autem
moriturus esset, rogauit sibi familiares, vt omnes suos
thesauros conflarent in massam: Requisitus de hoc,
respondit; Ego noui quòd cognati mei, de morte
mea gaudentes, sibi diuident thesauros meos: si au-
tem in massam fuerint redacti, inuicem se occident.
Vides quanta inuidia: Hæc mihi à duobus Abbaribus
relata sunt, ex quibus unus fuit de ducatu Zeringiæ, al-
ter asseruit sibi eadem narrata à quodam Abate, qui
literas supra dictas audiuuit, cùm legerentur coram
rege Frederico. A P O L L O N I U S: Quid sentiendū est
de his montibus, Vulcano scilicet, Athena, & monte
Gyber?